

## **Ecloga II**

Fōrmōsum pāstor **Corydōn ārdēbat Alexin,**  
dēliciās dominī, nec quid spērāret habēbat.  
tantum **inter dēnsās,** umbrōsa cacūmina, fāgōs  
adsiduē **veniēbat.** ibi **haec incondita sōlus**  
montibus et silvīs studiō **iactābat** inānī;

'**Ō** crūdēlis **Alexi,** nihil mea **carmina cūrās?**  
nīl nostrī miserēre? morī mē dēnique cōgis?

nōnne fuit satius trīstis Amaryllidis īrās  
atque superba patī fastīdia? nōnne Menalcan,  
quamvīs ille niger, quamvīs tū candidus essēs?  
ō fōrmōse puer, nimium nē crēde colōrī;  
alba ligustra cadunt, vaccīnia nigra leguntur.

Corydon, Corydonis, m.


ardeo, ardēre: ignis ardet; Corydon  
ardet cum amore

Alexis, Alexis, m.  
(Alexin acc; Alexi voc)

deliciae, f.pl. = id quod delectat;  
amicus/amica; voluptas; libido

spērō, spērāre = habere spem; vult

cacumen, inis, n. =



fagus, ī, f. (beech tree)  
adsiduē = iterum et iterum  
inconditus, a, um = foedus, rudus,  
imperfectus; non pulcher; confusus

haec incondita = res inconditae;  
carmina indocta

inanis <--> plenus

nīl = nihil

denique = postremo

Rūsticus es, Corydōn; nec mūnera cūrat Alexis  
nec, sī mūneribus certēs, concēdat Iollās.

heu heu, quid voluī miserō mihi?

Quem fugis, ā, dēmēns? habitārunt dī quoque silvās

Dardaniusque Paris. Pallas quās condidit arcēs

ipsa cōlat; nōbīs placeant ante omnia silvae.

torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam,

flōrentem cytisum sequitur lascīva capella,

tē Corydōn, ō Alexi; trahit sua quemque voluptās.

Aspice, arātra iugō referunt suspēnsa iuveni

et sōl crēscentis dēcēdēns duplicat umbrās.

mē tamen ūrit amor; quis enim modus adsit amōrī?

ā, Corydōn, Corydōn, quae tē dēmentia cēpit!

sēmiputāta tibi frondōsa vītis in ulmō.

quīn tū aliquid saltem potius, quōrum indiget ūsus,

vīminibus mollīque parās dētexere iuncō?

inveniēs alium, sī tē hic fastīdit, Alexin.'

Vergil, *Ecloga* II

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin,  
 delicias domini, nec quid speraret habebat.  
 Tantum<sup>1</sup> inter densas, umbrosa cacumina, fagos  
 adsidue veniebat. Ibi haec incondita solus  
 montibus et silvis studio iactabat inani: 5

“O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?  
 Nil nostri miserere? Mori me denique cogis?  
 Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant,  
 nunc viridis etiam occultant spineta lacertos,  
 Thestylis et rapido fessis messoribus aestu 10  
 alia serpyllumque herbas contundit olentis.  
 At mecum raucis, tua dum vestigia lustrō,  
 sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Nonne fuit satius tristis Amaryllidis iras  
 atque superba pati fastidia? Nonne Menalcan, 15  
 quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses?  
 O formose puer, nimium ne crede<sup>2</sup> colori:  
 alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

**adsiduē** (adv.), continually, constantly  
**aestus**, -ūs, *m.*, heat  
**albus**, -a, -um, white  
**Alexis**, **Alexis**, *m.* Alexis, a shepherd (**Alexin** =  
 acc. sing.; **Alexi** = voc. sing.)  
**ālium**, -ī, *n.*, garlic  
**Amaryllis**, **Amaryllidis**, *f.*, Amaryllis, a shep-  
 herdess  
**arbustum**, -ī, *n.*, grove, vineyard  
**at** (conj.), but  
**cacūmen**, -minis, *n.*, tree-top, summit  
**candidus**, -a, -um, white, clear, bright, radiant  
**captō** (1), try to catch; pursue  
**cicāda**, -ae, *f.*, tree-wicket, cicada  
**cōgō**, **cōgere**, **coēgī**, **coāctus**, drive together;  
 compel  
**color**, -ōris, *m.*, color  
**contundō**, **contundere**, **contudī**, **contūsus**,  
 pound, crush  
**Corydōn**, -ōnis, *m.*, Corydon, a shepherd  
**cūrō** (1), care for  
**dēliciae**, -ārum, *f. pl.*, delight, darling,  
 sweetheart, beloved  
**dēnsus**, -a, -um, dense, thick; crowded, close  
**fāgus**, -ī, *f.*, beech tree  
**fastīdium**, -ī, *n.*, aversion, weariness; disdain,  
 contempt  
**fessus**, -a, -um, weary, exhausted, worn out  
**frīgus**, **frīgoris**, *n.*, cold, coldness, chill  
**herba**, -ae, *f.*, grass; herb  
**inānis**, -e, empty, vain, meaningless

**inconditus**, -a, -um, rude, artless, unpolished  
**lacertus**, -ī, *m.*, lizard  
**ligustrum**, -ī, *n.*, privet-blossom, a white-  
 flowered shrub  
**lustrō** (1), traverse; trace  
**Menalcās**, -ae, *m.*, Menalcas, a shepherd  
 (**Menalcan** = acc. sing.)  
**messor**, -ōris, *m.*, reaper  
**niger**, **nigra**, **nigrum**, dark, black  
**nimium** (adv.), too, too much, excessively  
**occultō** (1), hide, conceal  
**olēns**, -entis, strong-smelling  
**pastor**, -ōris, *m.*, shepherd  
**pecus**, **pecudis**, *f.*, beast, herd animal  
**rapidus**, -a, -um, tearing away, consuming;  
 rushing, rapid  
**raucus**, -a, -um, hoarse; raucous, noisy  
**resonō**, **resonāre**, **resonāvī**, —, resound, re-  
 echo  
**satius** = *satis*  
**serpyllum**, -ī, *n.*, thyme  
**silva**, -ae, *f.*, forest, woods  
**spīnētum**, -ī, *n.*, thicket  
**superbus**, -a, -um, proud, arrogant  
**Thestylis**, **Thestylidis**, *f.*, Thestylis, a servant  
 girl  
**tristis**, -e, sad, gloomy, melancholy, grim  
**vaccīnium**, -ī, *n.*, hyacinth  
**vestigium**, -ī, *n.*, footprint, trace, track  
**viridis**, -e, green

1. **tantum**, here, adv., only2. **nē crēde**, here, *nē* + positive imperative yields a negative imperative.

et vos, o lauri, carpam et te, proxima myrte, sic positae quoniam suavis miscetis odores.	55
Rusticus es, Corydon; nec munera curat Alexis, nec, si muneribus certes, concedat Iollas. Heu, heu, quid volui misero mihi? Floribus Austrum perditus et liquidis immisi fontibus apros. Quem fugis, a, demens? Habitarunt di quoque silvas Dardaniusque Paris. Pallas quas condidit arces ipsa colat; nobis placeant ante omnia silvae. Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam, florentem cytisum sequitur lasciva capella, te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas.	60 65
Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuveni, et sol crescentis decedens duplicat umbras; me tamen urit amor: quis <sup>1</sup> enim modus adsit amori? A, Corydon, Corydon, quae te dementia cepit! Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est: quin <sup>2</sup> tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus, viminibus mollique paras detexere iunco? Invenies alium, si te hic fastidit, Alexin."	70

**ā** (interj.), oh! ah! alas!

**Alexis**, **Alexis**, *m.* Alexis, a shepherd (**Alexin** = acc. sing.; **Alexi** = voc. sing.)

**aper**, **apri**, *m.*, wild boar

**arātrum**, **-ī**, *n.*, plough

**arx**, **arcis**, *f.*, citadel

**aspiciō**, **aspicere**, **aspexi**, **aspectus**, look toward, look at; behold

**Auster**, **Austri**, *m.*, Auster, the South Wind

**capella**, **-ae**, *f.*, she-goat

**carpō**, **carpere**, **carpsi**, **carptus**, pick, pluck; gather

**certō** (1), struggle, contest, strive

**colō**, **colere**, **colui**, **cultus**, till, tend; cultivate

**condō**, **condere**, **condidi**, **conditus**, found, build

**Corydōn**, **-ōnis**, *m.*, Corydon, a shepherd

**crēscō**, **crēscere**, **crēvi**, **crētus**, grow, increase

**cūrō** (1), care for

**cytisus**, **-ī**, *m. or f.*, clover

**Dardanius**, **-a**, **-um**, Dardanian, Trojan

**dētēxō**, **dētēxere**, **dētēxui**, **dētēxtus**, weave

**duplicō** (1), double

**fastidiō**, **fastidire**, **fastidivi**, **fastiditus**, scorn

**flōrēō**, **flōrere**, **flōruī**, —, bloom, blossom

**flōs**, **flōris**, *m.*, flower, blossom

**fōns**, **fontis**, **-ium**, *m.*, spring, fountain

**frondōsus**, **-a**, **-um**, leafy

**habitō** (1), live; inhabit

**heu** (interj. of grief or pain), ah!, oh!, alas!

**indigēō**, **indigere**, **indigui**, —, be in need, require (+gen.)

**Iollās**, **-ae**, *m.*, Iollas, a slave-owner (?)

**iugum**, **-ī**, *n.*, yoke

**iuncus**, **-ī**, *m.*, reed

**iuvenus**, **-ī**, *m.*, steer

**lascivus**, **-a**, **-um**, frisky, playful

**laurus**, **-ī**, *f.*, laurel

**leaena**, **-ae**, *f.*, lioness

**liquidus**, **-a**, **-um**, liquid; clear

**lupus**, **-ī**, *m.*, wolf

**mollis**, **-e**, gentle, mild, soft

**mūnus**, **mūneris**, *n.*, service, tribute; gift

**myrtus**, **-ī**, *f.*, myrtle

**odor**, **-ōris**, *m.*, odor, scent

**Pallas**, **Palladis**, *f.*, Pallas Athena, Minerva

**Paris**, **Paridis**, *m.*, Paris, son of Priam

**potius** (comparative adv.), rather

**quoque** (adv.), also, too

**rūsticus**, **-a**, **-um**, rustic, countrified

**saltem** (adv.), at least

**semiputātus**, **-a**, **-um**, half-pruned

**silva**, **-ae**, *f.*, forest, woods

**suāvis**, **-e**, sweet, pleasant

**suspēsus**, **-a**, **-um**, hanging

**torvus**, **-a**, **-um**, fierce

**trahō**, **trahere**, **trāxi**, **tractus**, draw, drag; attract

**ulmus**, **-ī**, *f.*, elm tree

**ūrō**, **ūrere**, **ussi**, **ustus**, burn, scorch, inflame, consume; sting

**vīmen**, **-minis**, *n.*, twig

**vītis**, **vītis**, *f.*, vine

**voluptās**, **-tātis**, *f.*, pleasure, enjoyment

1. **quis**, interrogative pronoun used adjectivally

2. **quīn**, *here*, in a direct question, why . . . not